

tamen quod prode dictorum imprestitorum sit dicti ser Franciscini in compensationem expensarum victus et vestitus ipsorum puerorum donec secum steterint et habitaverint. Item dimitto Marco de Raphanellis notario amico meo Terrencium meum librum bonum et singularem, ut ipsum habeat et teneat, nec vendeat donec vixerit, et ad ultimum ipsum dimittat persone digne et studiose huiusmodi rei. Residuum vero omnium meorum bonorum, quomodocunque et qualitercunque michi spectantium vel pertinentium, dimitto Franciscino de Bernardo filio meo, quem heredem facio omnium que et possideo, videlicet modica sint, et in omnibus iuribus et actionibus universalem heredem instituo. Et fiat testamentum hoc.... iuxta ordines et statuta Comunis Veneciarum. Et quod dominus ser Franciscus commissarius meus possit substituere loco sue commissarie in testamento ultimo suo, et si forte incuria vel oblivione ipse non relinqueret commissarium, tunc et in eo casu commissarius sit ille vel illi, qui fuerit vel fuerint deputati commissarii sui. De postumis nichil ordino, quia scio uxorem meam non esse pregnalem nec aptam ad concipiendum. Et hic finit totus tenor cedulae....

Ego Lodoisus Viadro testis subscripsi.

Ego Leo de Ravolone notarius testis subscripsi.

Ego Marcus de Raphanellis notarius Veneciarum complevi et roboravi.

Testes ser Aluisius Viadro s. Severi, ser Surianus Belli notarius et ser Leo notarius ad Imprestita.

Decessit ser Pauli repentina morte 1393 die xv Marcii.

[A. S. V. (de) Raffanelli Marco, testamenti. Busta 858, c. 77 protocollo, Cit. in FORESTI, *op. cit.*, pag. 198, n.]

II

Estratti dalle glosse di Paolo de Bernardo alla prima deca di Livio.

(Cod. lat. 5727 della Biblioteca Nazionale, Parigi).

(Il primo e il secondo numero arabo indicano rispettivamente i capitoli e i paragrafi secondo l'ed. Seymour Conway e Flamstead Walters, Oxford 1914 e 1919. Il numero tra parentesi indica la carta del cod., e l'apice la seconda colonna d'una pagina).

- 1) Libro I, 2, 3 (1 v.) Cere oppidum est ut in Valerio li. j^o de religione.
- 2) 7, 14 (2 v.) De hoc liber 9 c. 92, 47, 49 et in Valerio l. j^o de neglecta religione.
- 3) 8, 3 (*Ibid.*) Nota quod ab Etruscis habuerunt Romani lictores, sellam curulem, togam, pretextam, ut hic, et signa militaria secundum Salustium.
- 4) 19, 2 (4 v.) *Ianum*....: est templum in honore Iani. Nota ter clausum fuisse Ianum: primo sub Numa Pompilio, 2^o Tito Manlio Torquato consule, 3^o sub Cesare Augusto.